

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

94. An, dum habenti duo non sufficientia conferatur insuper aliud aliàs non  
incompatibile, vacent ipso jure illa duo præhabita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

eam nullam fore, utpote factam inhabili & incapaci, tradit Castrop. loc. cit. n. 10.

**Questio 93.** An, si statuto aliquo speciali (idem est de testatoris voluntate) cautum est, ut beneficium aliquod simplex cum alio quovis obtineri nequeat, et si neutrum alias requirat residentiam, nec aliunde sint incompatibilia, ipso jure primum vacet per obtentionem secundi?

**R**espondet affirmativè Azor. cit. c. 13. q. 8. (et si addat, sic esse post Trid. & alias ante Trid, securus fuisse, quia tunc data optio, ut uno sibi retentio, alterum dimittatur) gl. 15. n. 130. expressè dicens vacare ipso jure in omnibus casibus, in quibus fundator ita disponit. Idem tradit Lott. l. 3. q. 23. n. 1. nempe licere cuivis fundatori statuere, eriam circa beneficia alias de jure nullatenus incompatibilia, non fundatum à se beneficium conferatur habenti jam aliud; vel etiam ne habens beneficium à se fundatum assequi insuper possit aliud, inducita etiam ipso jure vacatione prahabiti, si secus, & contra voluntatem suam fiat: & ait Lott, hanc fundatori legem per Episcopum approbatam usque adeò servandam esse, ut sit immutabilis.

**Questio 94.** An, dum habenti duo non sufficientia conferatur insuper aliud alias non incompatibile, vacent ipso jure illa duo prahabita?

**R**espondeo in sententia illorum, qui affirmant posse habenti insufficiens plura & plura concedi, usque ad congruum sustentationem, negativè: patet. quin & Parif. l. 3. q. 1. n. 139. ait, in eo, qui haberet magnam multitudinem beneficiorum, per hoc non intrare vacationem ipso jure, de qua in c. de multa, de prob. & in extrayag. execrabilis. de cetero in contrarium adducit Garc. p. 11. v. 5. n. 310. Responsione S. Congregationis, ubi dicitur: si Ordinarius conferat tertium beneficium habenti jam duo beneficia simplicia insufficiencia ad sustentationem, esse quidem validam collationem tertii beneficii; sed vacare illa duo prima, si illud tertium per se sit sufficiens; alias si hoc non sit sufficiens, provisum debere alterum ex iis dimittere: & si provisum habens illud beneficium tertium continuerit possessionem amborum prahabitorum, illa ambo vacent.

**Questio 95.** An si habenti jam duo, vel plura beneficia incompatibilia, ex dispensatione legitima conferatur tertium incompatibile, vacent eisipso omnia illa priora?

**R**espondet affirmativè Azor. cit. c. 13. q. 10. Garc. cit. c. 5. n. 169. Pirk. tit. de prob. nu. 172. Juxta clem. si plures de prob. ubi dicitur: si plures obtinens dignitates alias dignitatem aut beneficium, cum animarum habens acceptet, dispensatione super hoc legitimè non obtinet, ejus possessione adeptæ pacificè dignitates, quas prius habebat, ipso jure vacare censemus. sicut, si dignitatem unicam obtineatur alia similis conferatur, ejus pacifica possessione habita, prima de jure vacaret. Et idem ait Azor. ibid. quod etiam per adoptionem quarti vacent omnia tria prahabita; et quod citata clem. loquatur generatis si plures obtinens. Nec obstar, quod collatio tertii illius aut

quarti beneficii non valeat, seu nulla sit in eo causa (secus ac contingit, dum habenti duo compatibilis conferunt tertium); hanc enim collationem valere, et si duo prima beneficia tum vacent, assertit Azor. cit. q. 10. §. quaresa.) ut Garc. & Pirk. loc. cit. n. 173. juxta c. Ordinarii. de off. jud. Ordinarii. in c. ubi dicitur, quod habenti plura incompatibilia etiam cum sufficiente dispensatione, non potest aliud tale coaferri, nisi dispensatio etiam ad illud extendatur, vel nisi prius habita resignet, & alia collatio nullius est momenti, adeoque non videatur posse inducere vacationem prahabitorum: non obstante enim hac invaliditate collationis, adhuc per pacificam possessionem tertii aut quarti illius adeptam vacant priora, juxta c. eum qui de prob. in c. ubi dicitur: per adoptionem beneficij incompatibilis de facto (hoc est absque justo titulo) obtenti, ita vacare primum, sicut per adoptionem justam seu legitimam. Pirk. cit. n. 173. Garc. n. 171. dicens sic intelligi cit. clem. à gl. ibid. v. vacare. Cardinal. &c. item à Dominicis. in c. Ordinarii. §. in conferendis. n. 5. & 7. Franc. n. 2. Gamb. de off. leg. l. 5. tit. an legis possit unicenter plura. n. 150. Roffiniac. de benef. c. f. n. 37. idque etiam secundum aliquos procedere, non adepræ pacifica possessione tertii; dum per provisum iteratur, quod minus eam adipisceretur, nisi ante renunciaverit possessioni tertii minus legitimè facta; ne melioris conditionis sit, qui acceptat collationem tertii illicitam, quam qui licitam. Contrarium tamen quodad hoc sultinente Garc. n. 173. cum cit. gl. v. vacare. & Bonifac. ibid. nu. 18. & 24. & Mascar. de probat. conclus. 185. nimurum, quod in eo, cui facta invalidè collatio, seu habente titulum reprobatur, vacatio inducatur per solam affectionem possessionis de facto reipscis; nec consideretur, eum potuisse illam assequi; verum ut vides. Auctores hi loquentes juxta textrū cit. clem. si plures, loqui videntur de prahabitis incompatibilibus, & terrio accidente incompatibili, incompatibilitate non ortā merē ex sufficientia, sed aliunde; quia v. g. dignitates sunt &c, unde merito tranet in dubio, utrum ex dispensatione habens duo vel plura, ideo præcisè incompatibilia, quia singula vel unum illorum, aut aliqua sufficientia, ea amittat per affectionem tertii vel quarti, etiam incompatibilis ratione sufficientia, vel aliunde.

**Questio 96.** Quid, si is, cui dispensative concessum habere duo incompatibilia simul cum facultate alterum dimittendi, & loco illius dimissi aliud recipiendi, unum ex iis in favorem alicujus dimittat, reservatis sibi illius fructibus, vacent priora duo per affectionem alterius?

**R**espondet negativè Azor. cit. q. 10. §. quaresa ali. quod. ed quod, qui fructus beneficij habet vel retinet, non dicatur habere beneficium, ut Archid. & Gemin. in c. nemo de electi. in c. & fructus jure non sunt incompatibilis cum beneficio, ut AA. inc. super eo de prob. in c. Verum addit Azor alios contrarium videri probabilius, ed quod, qui beneficium dimittit fructibus sibi reservatis, videatur non ex toto beneficium ipsum dimisso. certè, si sermo est de incompatibilibus ratione sufficientia, hac posterior sententia est probabilius; quia ratione fructuum beneficium dicitur sufficiens, & tunc intentio dispensantis videtur fuisse, ne una cum tercio retinendo ambo priora, abundaret fructibus.